

*intervenientia: in choralis tamen forma si ars adhibeatur, non difficulter modulatio ad hanc vocem institui potest.*

*Atque hæ sunt insignes commoditates, quas in Musica exercenda præbent hæ voces Musicales, quas si considerasses, nunquam, Hippolyte, eò devenisses ut re incognitâ iudicium adeò præcipitares, nugas ageres, & ineptissimè syllabas do, de, di, da, so, la &c. hisce vocibus musicalibus equiparares, in qua re certè eruditus ludibrium debes. Spero te aliter de ijs pronunciaturum. Dicere tamen posses, si clavium septem Musicalium, tanta est utilitas, cur non retinentur usitata sex voces Musicales, quibus septimo loco addatur Syllaba si, vel bi, quæ idem præstare posset. Respondeo, nihil quidem interesse ad cantum, utrùm hæ, an illæ præferantur, nostrâ tamen interesse aliquo modo. Nam regulæ illi Musicæ, quòd voces Musicales aliæ sint superiores, la, sol, fa: aliæ inferiores, ut, re, mi, quarum illæ usum habent quando cantus descendit, hæ, quando ascendit, adeò assuevimus, ut vix eam de discere posse videamur, quod periculum hujus rei facienti manifestis-*

*nifestis-*